

DE COMPOSITORVM
Multiplicatione.

Quomodo sunt collocandi
numeri?

Facto initio à dextris, ita vt prima multiplicatoris sub prima multiplicandi ponatur, & sic deinceps.

Quo nomine appellantur
numeri?

Primus, qui multiplicari debet, dicitur Multiplicandus, alter verò, per quem fit Multiplicatio, dicitur Multiplicator : quod ex Multiplicatione prouenit, dicitur Productum.

Quæ est Multiplicatio compositorum?

Si vnicus fuerit Multiplicator, eum per omnes superiores duces, productum subscribes lineæ, sicut in additione factum.

6	4	5	Multiplicandus.
		3	Multiplicator.
1	9	3	Productum.

Si duo vel tres Multiplicatores fuerint, principid eum qui primo loco fuerit positus, per omnes superiores duces, productum lineæ subscribes : quo facto eundem transuersa delebis lineæ. Hinc eodem modo ages cum secundo multiplicatore, & productum à secundo incipies loco scribere, atque eo

B 2 dele-